

*Eccles.* c. literas 13. §. *Præfatum, de temporibus ordinat. c. cum olim 33. §. ult. de offic. de le gat. c. pasto- ratis 29. in fine, de jur. patron. c. ult. de immunit. Eccles. Sic in d. extravaganti, quæ graves admodum poenas irrogat locantibus ultra triennium, intelligendum est, Pontificem voluisse prorsus irritare illicitas conventiones, ut nulla ex parte vires obtineant.*

Ibi: *Nam in illa specie manet ipsa locatio valeda.*

De hoc dictum est, sup. num. 40.

Vers. *Sed præmissa.* Ibi: *Cum ea sit frequen- tiori calculo recepta.*

Nescio, an istud hodie verè dici possit, cum apud recentiores, Bartoli sententiam receptissimam esse constet ex laudatis in ejus comprobationem, sup. n. 44.

De his limitationibus ad opinionem Baldi, quæ sequuntur usque ad n. 6. vide allegatos pro eadem sup. n. 43, qui consummiter eas admittunt, præsternit Molin, sup. vers. *Quod intelligendum est,* cum duobus seq. Guttier. c. 13. n. 10. Pat. Molin. disp. 467. n. 5. Caroc. rubr. d. reb. Eccles. conc. 9. n. 47. Aug. Barbos. n. 12.

Vers. *Ex his etiam deducitur.*

51 Quoties unica pensio pro toto locationis ultra triennium tempore constituitur, adhuc secundum Baldum, contractus in totum fit iritus, nec intra tres annos subsistit: Ita Guttier. d. cap. 13. in fine, Aug. Barbos. num. 14. & alii communiter, qui hanc sententiam probarunt. A quibus merito recepit Julius Clari. supr. d. §. *Emphyteusis, quæstio 6.* quem refert, & sequitur Molin d. vers. sed quamvis. P. Molin. ubi proxime. Quid enim interest, rem in plures annos uno pretio conducti, vel singulis annis æqualem pensionem pro ea assignari? ut in simili inquit Iavolenus in l. ea lege 54. §. ult. ff. locat. cum tacite pecunia æqualiter censeatur in annos locationis distributa, si res non inæquales fructus ferre soleat, argument. l. 3. in princip. ff. *De ann. legat.* quemadmodum pensio in annum pro singulis diebus distribuitur, item queritur 14. §. fin. l. sed addes 21. §. Si quis cum in annum, l. cum venderet 24. ff. locat. An hæc, cum Baldi sequaces temporis divisionem admittant, ita ut qui ad quinquennium conduxit, ad triennium stare debeat locationi, cur pecuniae five pensionis distributionem impugnant? Et si sentiunt, in minus tempus tacitè contrahentes consensisse, quare in minorem summam illi correspondentem consensum præstissemus inveniuntur? Ex quibus deducitur, quod recepta Baldi opinione, tempus utile ab inutili potest separari, quanquam unica pensio pro toto locationis tempore sit constituta, modo res pariformiter ex sua natura fructificet.

Ad Num. 6.

52 Si res Ecclesiæ singulis annis non fructificet, poterit ad quodcumque tempus locari, dum ter fructus ex illa percipiuntur, ut si fructus non ferat nisi tertio quoque anno, poterit ad novenium jure conduci, nam in his totum tempus, quod labitur ad unicam fructuum collectionem pro uno anno compatur, ut aliud agens dixi sup. c. proxim. & in specie docent P. Molin. disp. 466. num. 10. vers. Caietanus, in summa, ad fin. Tondur, sup. num. 11. Pat. Vazq. aug. 6. num. 30. Manburic. sup. l. 5. tit. 3. n. 22.

Guttier. d. lib. 1. cap. 8. num. 13. Delbene dubit. 4. per tot. ubi plures, Novar. de alienat. rev. Ecclesiastica. num. 21. 22. Pellizzar. num. 14. Aug. Barb. num. 4. Bonac. num. 24. vers. Advertendum tamen, Capt. Palao tract. 6. disp. d. reb. Eccles. non alien. part. 14. n. 5. Caroc. rubric de reb Eccles. conc. n. 50. Ricci, in præ. for. Ecclesiastico. decis. 115. n. 2.

Vers. *Quarto, eadem constitutio.*

Mandatum ad res Ecclesiæ locandas intra tempus jure permisum, triennio elapsi, finitur, nec expressum ultra illud concedi potest, Pat. Vazq. ubi proxime num. 3. Scritta d. theoremat. 115. Caroc. num. 49. Azor. sup. lib. 9. cap. 2. quæst. 5. Contrarium vero rectius probant Delbene dubit. 7. Pat. Molin. ubi proxime, n. 12. qui oppositum omnino falso dixit. Ratio est; nam sicut ipse mandans licet ad tempus permisum plures successivè locat, ita hoc ipsum per alium facere non prohibetur, siquidem quod per alios facimus, per nos facere intelligimur, l. 3. §. Sed si debitorem, ff. de donat. int. l. 1. §. De jecisse. ff. de vi & vi armat. maximè cum ipse qui mandatum concessit, non prohibeatur illud pro libito, re integra revocare, §. Relè. Inst. de mandat. lib. si verò non remunerandi 12. §. Si mandavero exigendam, ff. eod.

Vers. *Quinto, sunt qui hujus constitutionis.*

Est controversum an d. extravagans, Ambitiosa, 54 usu recepta sit? ut videlicet apud Guttier. d. cap. 8. à princip. Pat. Molin. sup. n. 10. vers. Cajetanus, in summa Vazq. dub. 7. n. 32. Caroc. n. 39. Bonac. d. lib. 24. vers. Hoc tamen intelligendum, Aug. Barbos. n. 48. 49. Delbene dubit. 1. n. 7. & 8. Ex quibus colliguntur dicta constitutionem ubique suffit receptam quod nullitas locationis ultra triennium, & alienationis rerum Ecclesiæ, non verò quod ad alias poenas ibi stabilitas contrahentes, & secundum illam sæpiissimè Rotam judicatae, ad ductis multis decimationibus, probat August. Barbos. n. 49. Sed nonnullis in locis prorsus contraria consuetudine est sublata, cui standum est, ut Medionali, ubi res Ecclesiæ ad novenium locantur, Bonac. ubi proxime.

Ibi: *Legem nullam vim obtainere.*

Lex, quæ usu recepta non est, minimè subditos astringit, Menoch. de arbitrar. cas. 420. n. 10. & conf. 75. n. 91. Pellizzar. sup. d. tract. 6. cap. 3. n. 14. Guttier sup. n. 2. Thom. Delbene de immunit. Ecclesiast. tom. I. c. 1. dubit. 15. seft. 7. à n. 1. Azeved. in l. 1. n. 8. tit. 1. lib. 2. Recopilat Bernard. Grævæ ad præ. Camer. Imper. l. 2. conc. 60. Coronid. 2. n. 1. Salas cum alius de legib. disp. 13. seft. 1. num 62. Flamin. de resignat. beneficior. lib. 11. quæst. 91. n. 26. Ant. Sola ad constitut. antiqu. Sabaud. in præm. glos. 4. n. 31. Gaill. prakticar. obseruat. l. 2. observat. 110. n. 24. Alderan. Mafcard. de generali statutor. int. erpretat. conc. 6. à n. 77.

Illiud tamen sine controversia non est, an scilicet lex statim post sufficientem promulgationem subditos obliget, antequam à populo recipiatur, & usu probetur? in quo D. dissentient, quorum plures pro utriusque parte laudat Salas, sup. & Aug. Barb. in collectan. ad c. in istis 4. distin. 5. 6. ubi affirmativam partem sustinet, & bene probat Pat. Suan. de legib. l. 3. c. 19. n. 9. qui resolvit, peccare eos, qui primùm legi non obediunt, & tuncque eidem contrarios

trarios exortent; at postquam per tempus legitimum populus lege usus non est, cum jam vim suam amiserit, nemo ad ipsius observationem tenetur; quo sensu, communis sententia proximè tradita accipi debet, neque enim lex ut ab initio obliget, populi acceptationem desiderat, cum penes Principem sit potestas cogendi subditos ad observandas leges justas, quas ipse tulerit: argument. l. 1. ff. de constitut. Princip. quod Pat. Suan. ubi proxime notat.

57 Tunc autem lex non recepta conferset, ut obligandi potestatem non habeat, cum vel per actus contrarios, Legislator sciens, excluditur; vel per decennium, etiam inscio Princeps, negligitur, ac omittitur; ut paulo inferius docet D. Covar. Sola sup. n. 38. 40. Menoch. conf. 719. num. 30. 35. Aug. Barbos. sup. n. 14. ubi plures refert, Guttier. n. 3. 4.

58 Quot actus, contrarii ad hunc effectum deliderunt, tradit Sola num. 51. ex Barr. in c. fin. vers. Deinde quaro. col. 10. de consuetudine. Felin. in cap. 1. n. 6. vers. Et addit de treng. & pac. ubi ait, quod si casus, de quibus lex agit, raro evenire soleant, duo sufficiunt; alioquin plures requiruntur secundum Iudicis arbitrium.

59 Sed si dubitetur de receptione legis, (prout circa d. extravagans. Ambitiosa, contingit) receptam fuisse, presumendum est, si de ejus promulgatione constiterit; Sola n. 46. 47. Mafcard. de probat. conc. 1322. n. 2. Roland. conf. 90. n. 53. lib. 1. Aug. Barb. n. 8. ubi alii Guttier. n. 9. Quidquid tenetur Menoch. de præsumpt. lib. 2. præ. 2. a. n. 2.

Ibi: *Posteriori verò casu.*

60 Lex etiam usu recepta, consuetudine contraria legitimè præscripta abrogatur, l. 6. tit. 2. part. 1. l. de quibus 32. in fine, ff. de legib. §. Sed naturalia, Inst. de jur. nat. gent. & civ. Salas ubi proxime, Sola n. 38. Pellizzar. in manuali Regular. tom. I. tract. 4. c. 2. nu. 38. Guttier. n. 5. Aug. Barbos. in collectan. ad c. ult. n. 10. de consuetudine.

61 Hæc autem consuetudo aduersus legem juxta frequentiorem DD. opinionem de jure civili de cennio introducitur; de jure Canonico quadriginta annorum lapsu, l. 5. tit. 2. p. 1. ubi Greg. Lop. glo. 4. Flores de Mena variar. lib. 1. quæst. 1. n. 64. Aug. Barbos. n. 13. ubi plures, & ita in specie quadriginta annos requiri, ut censeatur abrogata d. extravagans constitutio per contrariam consuetudinem, ubi recepta semel fuit docet Guttier. n. 10. Actus verò qui ad inducendam consuetudinem desiderantur, quot sint necessarii secundum viorem sententiam, Judicis arbitrio relinquuntur, qui perennis re circumstantiis, estimabit, ex quot consensus Principis, & populi præsumi possit, Greg. Lop. in l. 1. glo. 2. tit. 2. part. 1. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 81. n. 4. qui de magis communi testantur; Moneta de distribut. quotid. part. 2. q. 12. n. 27. Rota decis. 72. n. 26. part. 2. diversor. in nov. Pellizzar. n. 384. Circa quod advertas cum Molin. de primogen. lib. 2. c. 6. n. 24. quod licet unus actus non sufficiat ad inducendam consuetudinem, hoc fallit, si tractum habuerit successivum per tempus requisitum ad consuetudinem inducendam; accedit Moneta in tract. de option. Canon. cap. 2. quæst. 2. à n. 35. Aug. Barbos. n. 16. Flores de Mena sup. pro quibus facit textus in c. cum de beneficio, de præbend. in 6.

Ibi: *Apud Hispanos dubium est.*

62 Idem repetit Guttier. n. 8. Constat autem in Hispania apud omnes serè receptam esse præfatum Pauli II. constitutionem quoad nullitatem contra-

Faria. addit ad Covar. Tom. L

ctum qui ibi prohibentur, sed quoad penas in contrahentes stabilitas nullibi observari, ut de Archiepiscopatu Toletano testatur Corduba in suis questionib. Theolog. quæst. 103. De Episcopatu Salmanticensi Navar. in manual. cap. 17. n. 150. De toto Regno Lusitano Pat. Molin. disp. 466. n. 10. vers. Caietanus in summa. & ita tenent etiam Pat. Vazq. dub. 7. Caietanus in summa. verb. excommunicatio, c. 75. ad fin. Sarmient. de redditib. Ecclesiast. part. 1. c. 2. n. 20. Sylvester. in summa. verb. Alienatio, quæst. 1. Sed Guttier. n. 11. afferit, quod in Ecclesia Civitarense, vulgo Ciudad Rodrigo, ubi Canonicatum obtinuit, locationes rerum ad illam spectantium siebant ad novenium: qui omnes adstant standum esse usui cuiusque loci, sive consuetudini, quam probare allegans tenetur: Lotter. de re beneficiaria, lib. 3. q. 25. n. 42.

Vers. *Sexto, visum est quibusdam.*

Videas sup. à n. 3. Ex hoc versiculo junctis, 63 quæ D. Covar. docuit in princip. hujus capit. videtur sentire, quod Beneficiarius, sive Prælatus potest ultra triennium fructus sui beneficii locare (ad quod communiter allegatur) non tamē ad longum tempus, vel ad vitam, nisi dicamus cum Guttier. n. 15. vers. Pro quibus hic D. Covar. nihil decidere, sed aliorum sententiam referre.

Et ingens inter DD. controversia an suscineatur contractus vetiti in d. extravagans, Ambitiosa, si cedant evidenter in Ecclesiæ utilitatem, ut videtur est apud Hermofili. in l. 4. glo. 7. à n. 3. tit. 5. p. 5. qui pro utriusque parte plures refert; & eandem post multos, num. 11. resolvit valere contractum absque iuris solemnitatibus initum, qui de jure absque illis vetatur: si hoc expedire Ecclesiæ constiterit: quod itidem placuit Dian. part. 2. tract. 8. resolut. 77. Pellizzar. n. 143. Marescot. variar. lib. 1. c. 3. n. 9. ubi de locatione; Vazq. sup. dub. 14. n. 53. cum seqq. Delbene d. c. 17. dub. 21. n. 11. qui duo, & quoad forum conscientiæ disserunt.

Ex quibus tenendum est, conducentem absque juris solemnitatibus ultra triennium res Ecclesiæ, non posse ad locatione resilire, quamvis ab eadem expelli queat; quoniam nullitas actus favore aliquis inducta, aduersus ipsum à nemine allegari permititur, & auctus jure iritus consistit, si utilis sit ei, cui per nullitatem lex prospicere voluit, l. cum bi. 8. §. Nam transactiōnem, ff. de transact. l. si judec. 4. ff. de minorib. l. si duobus 12. §. 1. ff. de bonor. posse. cont. tab. l. non co minus 14. C. de procuratorib. Jaf. in lib. 2. n. 6. C. de jur. emphyteutic. Cyriac. tom. 2. controvers. 303. n. 58. Parlador. different. 12. §. 1. n. 18. Surd. decis. 108. n. 7. Gratian. disputat. c. 27. n. 31. Guttier. practicar. lib. 3. quæst. 22. à n. 4. Quod nititur regula text. in cap. quod ob gratianam 61. de reg. jur. in 6. Addit verò Delbene ubi proxime, teneri Ecclesiam ad supplendas solemnitates, quæ in contractu defecerunt; quod aduersarius jure postulat, ne in ejus prejudicium perpetuo claudicet, Bonac. sup. punct. 4. n. 14. vers. Existimo tamen, Guttier. sup. n. 9. vers. Adebat tamen.

Liber ultimò antequam hinc abeamus referre, quæ circa locationem bonorum Ecclesiæ Sac. Conc. Trident. sess. 25. de reformat. c. 11. sancta sunt. Primum statuitur, quod locationes anticipatis solutionibus factæ quocunque privilegio non obstante, ad præjudicium succelorum non teneant, & quod nec in Romana Curia, nec extra confirmentur. Secundum, ne licetur jurisdictiones Ecclesiasticas; seu facultates nominandi ut deputandi Vi-

carios

carios in spiritualibus locare, neque conductoribus per se aut per alios exercere. *Tertium*, ut locationes rerum Ecclesiasticarum, etiam auctoritate Apostolica confirmatae, sint irrite, quæ à triginta annis contrarium probat, scilicet in ejusmodi rerum alienatione, etiam de jure Regio opus esse decreatum: In qua opinione sunt Castill. sup. nu. 30. 36. Ant. Gom. n. 13. Lara de vit. homin. c. 22. n. 56. P. Molin. ubi proxime, Menchac. de succession. creat. lib. I. §. 10. n. 72. vers. *Decimo octavo.*

*Ad Num. 7.*

66 Quæritur in præsenti num bona Ecclesiæ immobilia, vel mobilia pretiosa, quæ servando servari possunt, absque juris solemnitatibus, speciali, vel generali hypothecæ subjecere licet? Ad cuius resolutionem cum D. Covar. præmittendum est in prohibitione alienationis, quæ favorem alicujus respicit pignus, vel hypothecam venire, ut tenuit Bart. in l. si fundus. §. 1. n. 3 ff. de pign. P. Vazq. dub. 8. n. 35. Merlin. de pign. l. 1. q. 42. n. 68. Negus. eod. tract. part. 3. memb. 1. n. 40. in fine, Delbene ubi proxime, dubit. 1. nu. 30. & dubit. 3. nu. 6. Cyriac. tom. 2. controversial. 25. nu. 33. Pellizzar. sup. tract. 6. c. 8. nu. 25. Hermos. in d. 4. glof. 2. nu. 23. Bonac. sup. nu. 23. Guttier. de tutel. part. 2. c. 21. num. 2. Galganet in simil. tract. lib. 3. p. 45. nu. 9. 10.

Ibi: Non sit in stricta, & odiofa.

67 In materia penali, vel alias odiofa appellatione alienationis non continetur hypotheca. Sic pena apposita alienanti rem aliquam, non incurritur, si eam pignori, vel hypothecæ dederit. Molin. de pri-mogen. lib. 1. c. 20. n. 17. Merlin. sup. nu. 16. Fusar. de substitutionib. quæst. 703. n. 3. Negus. sup. part. 2. memb. 2. n. 31. & memb. 3. n. 73. Redoan. de reb. Eccles. quæst. 1. n. 11. Pinell. in l. 1. part. 3. n. 64. C. de bon. matern. Vazq. ubi proxime, Cavalc. decif. 5. n. 21. 22. licet contrarium senserint aliqui apud Pe-rigrin. de fidei commis. art. 40. nu. 1. 8. ubi ait, communem opinionem non esse omnino tutam. Sed communis sententia verior est, nam etsi lex prohibeat alienationem, & penam, adjiciat, quod penam, verbum, alienatio, hypothecam non continent etiam in prohibitione favorabili; etenim ut differt vis legis, quæ puniri, à virtute legis, quo prohibet l. legis virtus 7. ff. de legib. Ita non recte interfert de una ad alteram, ubi datur diversa ratio, Lotter. sup. n. 14. cura seqq.

Ibi: Ubi in prohibitione alienandi res pu-pillorum.

68 Minoris in rebus mobilibus pretiosis, vel immobilibus, pignus, vel hypotheca absque judiciali decreto constitui non potest. l. lex, quæ tuores 22. §. 1. C. de administrat. tutor. Ant. Gom. variar. lib. 2. c. 14. nu. 14. vers. *Sexto extende*. Merlin. dict. lib. 2. quæst. 39. à princip. Pat. Molin. disp. 531. nu. 5. Guttier. d. c. 21. in princ. Men. de arb. cas. 432. n. 10. Greg. Lop. in l. 4. glof. 2. 3. tit. 5. part. 5. ubi Herm. glof. 2. n. 23. qui plures refert, & n. 24. ampliat in hypothecæ generali, sequutus Castill. controver. l. 4. c. 61. n. 37. Greg. Lop. d. glof. 2.

69 Est tamen dubium de jure Regio, num licet tutori, vel curatori, alienare sive hypothecare bona mobilia pretiosa minorum absque decreto? Nam pars affirmativa adversum jus commune probari videtur, ex l. 8. Otros de zimos. ult. 13. part. 5. & l. 18. tit. 16. part. 6. & ita docent greg. Lop. etsi du-

biter, in d. l. 8. glof. 3. Avendann. de censib. c. 81. n. 4. in fine, Guttier. sup. n. 3. vers. Ego opinionem, & alii apud Hermos. in d. l. glof. 3. n. 3. qui recte n. 4. contrarium probat, scilicet in ejusmodi rerum alienatione, etiam de jure Regio opus esse decreatum: In qua opinione sunt Castill. sup. nu. 30. 36. Ant. Gom. n. 13. Lara de vit. homin. c. 22. n. 56. P. Molin. ubi proxime, Menchac. de succession. creat. lib. I. §. 10. n. 72. vers. *Decimo octavo.*

Bona vero prædicta minorem tacite obligantur absque eo, quod decretum interveniat in eis actibus, ex quibus hypotheca à lege inducitur. Sic minor dotem sine decreto recipit, quamquam ad ejus restitutionem res quoque immobiles obligantur. Merlin. sup. l. 3. q. 83. à princip. ubi alios casus refert; Cyriac. tom. 1. controversial. 29. n. 45. Sic domum sibi necessariam, absque decreto conductit, & tamen pretiosa mobilia manent pro pensione obligata, si in illam inferantur. Caroc. de locat. rubric. de investit. 9. 8. & n. 24. Trentacing. variar. lib. 3. tit. de locat. resolut. ult. n. 5. Gratian. discepit. c. 68. n. 5. 6. ubi rationem reddit, quia obligatio intelligitur prohibita per ipsos minores, vel administratores, non per legem, ex qua tacita inducitur hypotheca, & cum interveniat decretum legis, iudicis necesse non est. De alius, quæ spectant ad obligationem rerum minoris, consule Merlin. d. q. 39. & Guttier. d. cap. 1.

Ibi: Id etiam confirmatur ex eo.

Hec potissimum ratione prohibitus alienare, ne-71 quia hypothecam constitui, regulare namque est, ut prohibito aliquo, illud etiam vetitum censeatur, per quod ad prohibitum devenerit, l. oratio 16. ff. de spons. Merlin. lib. 2. q. 6. n. 22. Pellizz. in manual. Regul. tract. 4. cap. 5. n. 391. Fusar. sup. qu. 694. n. 1. 2. Menoch. conf. 205. n. 16. Delbene d. cap. 17. dubit. 1. n. 32. Rota decis. 480. n. 3. part. 1. divers. Olea de cession. jur. tit. 2. q. 1. n. 49. Ant. Gom. in l. 40. Taur. n. 83. vers. *Ostovo facit*. Nam si naturam verbi, *Alienatio*, inspiciamus, nec improrprie, nec improprissima hypothecam complectitur, Læl. Altograd. conf. 3. n. 33; quem refert Merlin. d. q. 42. n. 16. in fine, & sentit Guttier. d. c. 21. n. 8. ad fin. ac deducitur ex c. nulli, de reb. Eccles.

Ibi: Posterior pars constat.

Alienationis verbum, dominii translationem fig. 72 nificat. l. 1. §. 1. C. de fund. dotal. alienatum 67. ff. de verb. sign. Guttier. n. 7. Ant. Gom. l. 40. Taur. n. 83. vers. Secundo, non obstat; Aug. Barb. de appellatione verb. utrius. jur. signific. appell. 14. n. 1. Brun. à Sole in loc. commun. verb. Alienatio. n. 2. Tisch. lib. A. conc. 257. Matienç. in l. 3. glof. 14. n. 2. tit. 19. l. 5. Recopilat.

Ibi: Quamvis aliquot rationibus probari possit.

Hoc ex ratione paulo superius tradita efficacis-73 mè suadetur: & ita generaliter verum est, prohibita alienatione, hypothecam quoque, vel pignus prohibitum censeri nisi aliud de mente prohibentis appearat, ut docent Molin. de primog. l. 4. c. 1. n. 7. Merlin. d. l. 2. q. 6. n. 18. Lotter. de re benefi. l. 3. c. 25. n. 1. Hermos. in l. 43. glof. 3. n. 15. tit. 5. p. 5. Mantic. de tacit. & ambig. convent. l. 11. tit. 4. nu. 17. Ant. Gom. var. l. 1. c. 12. n. 39. vers. Sed advertendum ad medium. Menoch. de arb. cas. 452. n. 9. & cons. 116. n. 15. Peregrin. sup. d. art. 40. n. 118. Castill. controver. l. 5. c. 6. n. 3. Guttier. d. cap. 21. n. 6. Bart. in l. in quorum. n. 1 ff. de pign. Mis-ries de minorat. part. 4. q. 1. n. 76. Aug. Barb. sup. verb.

Alic-

Alienatio, nu. 9. Fusar. quæst. 703. per tot. Alphanus, Galganet. de tutel. lib. 3. q. 45. n. 12. quod restringitur ad hypothecam specialem, Menoch. d. eas. 432. nu. 13.

Ibi: Ex hoc projecto constat.

74 Res immobiles Ecclesiæ, vel mobiles pretiosæ, absque juris solemnitatibus obligari nequeunt, tum quia expressum lege prohibetur, tum quoniam alia interdicta est earum alienatio: sub qua prohibitione, hypotheca comprehenditur. Ita probant Ant. Gom. in lib. 40. Taur. numer. 83. vers. Septimò, textus, Pat. Molin. disp. 466. n. 1. Merlin. d. lib. 2. quæst. 85. à princip. Azor. tom. 2. lib. 9. c. 1. 6. quæst. 1. Redoan. sup. quæst. 2. cap. 6. n. 11. Pat. Vazq. dub. 6. Aug. Barbos. de potest. Epist. part. 1. allegat. 19. num. 85. Pellizar. sup. nu. 25. Quaranta d. verb. Alienatio, nu. 16. Bonac. d. tract. de alienat. honor. Eccles. d. cap. 3. quæst. unic. punct. 2. n. 23. Delbene sup. dubit. 1. nu. 30. & dubit. 3. nu. 5.

Ibi: Cuius decisionem in hypotheca tantum.

75 Quæstionis est, an in d. extravanti, solum prohibetur specialis hypotheca, non vero generalis: Et magis communiter cum DD. Covar. in præsenti tenetur, non censeri generalem comprehensam, quam Prælatus in bonis Ecclesiæ absque solemnitate valet constituire. Sic sentiant Merlin. nu. 7. Pat. Molin. Delbene, Peilizar. Redoan. Azor. ubi proxime, Aug. Barbos. in collectan. ad cap. nulli. nu. 5. de reb. Eccles. Filliuc. tract. 44. c. 2. n. Beroi in d. c. nulli. nu. 8. Alexand. conf. 218. n. 22. vers. in super. lib. 3. Negus. sup. part. 2. princip. num. 3. Cast. Palao. tract. 9. disp. unic. de reb. Eccles. punct. 14. S. 2. nu. 2. Galganet. de tutel. lib. 3. quæst. 15. nu. 12. Hermos. in l. 4. glof. 2. nu. 41. tit. 5. n. 5. ubi alii. Quamvis contrarium tuncantur. Quarant. sup. nu. 17. Bonac. d. n. 23. Rodrig. quæst. Regular. quæst. 7. art. 1. Vazq. qui indistincte loquitur ubi proxime, & alii non improbabiliter, ut faretur Delbene d. dubit. 2. n. 9.

Sed à communī recedendum est, nam, ut ait Molina, constitutio Pauli II. recipit casus à jure expressos, quamquam absolute hypothecam prohibuerit; obligatio autem generalis rerum Ecclesiæ antea non erat verita, ut constat ex d. cap. nulli, ubi solum fit mentio hypothecæ specialis, atque ita generalis erat permissa, ut ibi Panormitan. docuit, quem juris correctio vitanda erit: nec novum est, quod leges posteriores per anteriores determinentur, l. idem 27. juncta glossa, ff. de legib. & ita apud Regularis utrum receptum esse, testis est Pellizzar. sup. nam in solis contractibus bona Monasteriorum generaliter obligatur, nulla interveniente solemnitate. Quod limita, si res tradatur; Merl. n. 15.

76 Ratio hujus sententiae, quæ hic à D. Covar. & communiter traditur, est quia per hypothecam specialem magis res afficitur, quam per generalem: quod etsi verum sit quoad aliquos juris effectus, quod periculum tamē, quod perveniatur ad alienationem, nulla differentia, regeritur, quia tantum operatur generalis in genere; quantum specialis in specie; Merlin. sup. lib. 4. q. 140. num. 12. Socin. Iun. conf. 129. num. 18. lib. 2. Roland. conf. 62. nu. 37. lib. 2. Nec una est potior altera, Flor. de Mena, varior. lib. 1. quæst. 6. nu. 32. gall. prædicar. obseruat. 25. lib. 2. disputat. nu. 4. Merl. d. lib. 4. q. 2. nu. 7. & probat in l. si generaliter 6. C. qui potior. Quia propter dici potest, idem hypothecam generalem esse permisam, ne juris solemnitate-

Faria addit. ad Covar. Tom. 4.

tas in omnibus contractibus de rebus Ecclesiæ adhibere necesse foret, quod satis onerosum, ac difficultate observata esset, arque Prælatorum potestas maxime coartaretur; cum enim in instrumentis cuiusque obligationis usus invaluerit ad securitatem contrahentem generalem bonorum hypothecam adjicere, ut experientia docet, nullus absque hac cautele vellet circa res Ecclesiæ contrahere; atque ita solemnitates semper requirentur, ut Prælati possent quemcumque contractum inire; per quod administratio bonorum Ecclesiæ impossibilis fere redderetur, propter quod malum virandum, cum maius sit, minus sustinetur, nempe res Ecclesiæ periculi alienationis per generalem hypothecam exponi: juxta regulam text. in l. quæst. nihil 201. ff. de regular.

Ibi: Illud vero pretermittendum non est.

Poenæ stabilitate adversum alienantes absque solemnitatibus juris bona Ecclesiæ, non incurritur, nisi sequitur eorum traditione; sic vendens aut donans, antequam tradat, immunis erit, Lotter. sup. d. c. 15. nu. 3. cum seqq. Pellizar. nu. 7. 146. Merlin. d. quæst. 85. nu. 15. Pat. Vazq. dub. 8. n. 35. Nav. conf. 18. de reb. Eccles. non alienand. Delbene sup. dub. 1. ex nu. 39. Ricci. decif. 15. Filliuc. tract. 14. nu. 119. Quarant. in summ. Buttar. verb. alienatio, nu. 50. Aug. Barb. in collectan. ad extravag. Ambitiose, nu. 24. de reb. Eccles. licet Bonac. d. quæst. unic. punct. 5. n. 2. & aliqui alii senserint factis esse, quod contractus prohibitus celebretur, Sed communis sententia retenta ampliatur, quamvis alienans constitutus se nomine ejus, in quem res alienatur possidere, quoniam hæc est facta traditio, Menoch. conf. 792. nu. 3. quæ ad incurrandam poenam non sufficit, ut recte explicat Lotter. sup. d. nu. 8. Guid. Pap. decis. 191. à num. 3. quoniam adhuc actus alienationis imperfectus judicatur.

Quod hypothecam autem specialem, ut propter 78 eam poenæ non contrahatur, nisi res obligata fuerit tradita, docet Lotter, à num. 15. Merlin. ubi proxime, sed contra sentit Pat. Molin. disp. 466. nu. 1. cuius fundamenta non parum urgent adversus D. Covar. pro quo potest responderi, quod ad incurrandas poenas ob obligationem rerum Ecclesiæ prohibitam, necesse est, ut saltē jure pignoris ad creditorem res hypothecata perveniant, ut sentiant Merlin. d. quæst. 85. nu. 6. 15. Negus. de pignorib. part. 2. princip. nu. 3. licet non divendantur, aut distrahanter. Nec obstant illa verba D. Covar. hic. Non enim dicitur res alienata, donec traditio facta fuerit. Quia referri debent ad alienantes; non ad contrahentes hypothecam; etsi de omnibus promiscue egerit.

Ad Num. 8.

Res Ecclesiæ etiam in pignus dari prohibentur, 79 ita sentiant, ad docent omnes laudati sup. nu. 74. Quod à sortiore ratione procedit; nam si hypotheca prohibetur, quæ penes obligantem permanet, multò magis interdicendum est pignus, quod in creditorem realiter transit, ut notat Merlin. sup. nu. 6. Quam differentiam inter pignus, & hypothecam tradit Ulpianus in l. si rem alienam 9. §. Non tantum, in fine, ff. de pignorar. action. & explicat Merlin. lib. 1. quæst. 2. nu. 5. Addit. Aug. Barbos. in collectan. ad. sancimus 17. n. 7. C. de Sacrosanct. Eccles. ubi plures.

Ff. 2

Ibi: